

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja krakowska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 27ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 105 [Gn. 100]

[105] <Si iudex aliquem inpedierit in sua querela vide infra ^a> Nunc attentatis super eo, si scultetus aliquem inpedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocatione impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet. Testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum testimonio iudicem evadere oportebit, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Si autem coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius potest vinci testibus iure, quam ipse cum testibus evadere possit. Si autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpate pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia coram advocatione super ipsum scultetum facta fuerit, pro [k. 53ra] hac causa pro eo respondere oportet sine mora, ita quod ibi iudicium bannitum, quia ipsum oportet, ibi esse presentem, nisi legale inpedimentum fuerit. Quod statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et þp^b hoc pro iusticia facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam exhibere [debet], extunc condemnatur advocatione in decem talentis idem scultetus et illi suum debitum, de quo negavit, facere iusticiam, et medio tempore quo illo non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, nullius iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est premissum. Si autem pro facto criminali fuerit, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro homicidio aut vulneribus, aut furtu, aut spolio, aut ecclesie violencia, aut incendio, aut hiis similia, que criminalia facta tanguntur, idem iudicium super eum ire debet, quod super illum ire debuerat, pro eo nec reconpensa, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Si autem unus vir pro debito in captivitate publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum evaserit aut amiserit absque sua culpa ac negliencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integram reconpensam et hoc ipsum tacto sacramento iurare oportet, si [k. 53rb] sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni sua culpa evaserit. Integra reconpensa facit XVIII talenta, media reconpensa facit novem talenta.

^a na górnym marginesie ręką γ; ^b skreślone ręką autora podstawy

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik sędzie, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]